



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 81. Britanno atque Aurelianensi dies dictus a Galliarum Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

que literas omnino subreptitias, necnon Sæcul. XV.
regiæ Majestati injurias criminabatur; A.C. 1438.
ipse quoque Rex hanc in rem literas ad
Papam dedit, querelis plenas.

§. LXXXI.

*Britanno atque Aurelianensi dies di-
ctus à Galliarum Rege.*

Posthæc Maximilianus libertati redditus, *Mezeray*
in Germaniam ad Imperatorem Pa- *Synops.*
trem suum secessit, ac Philippo Filio suo *chron. tom. 4.*
Albertum Saxonie Ducem Governato- *hist. Carol.*
rem dedit. His Flandrorum tumultibus *VIII.*
Carolus VIII. Galliarum Rex opportune
usus, consilia, quæ in Britannum agi-
tabat, exequi festinat, suumque exerci-
tum primo vere in aciem educit. Prius
vero Britannie & Aurelie Ducibus diem
dixit, qua in judicio, ubi lites circa aquas
& sylvas per universam Franciam dirimi
solent, * comparerent: si vero ad præ-
fixam diem in judicio se sistere negligere-
rent, cunctas poenas a jure statutas in
eos intentari jussit. Hæc Rex perfici vo-
luit per Parisiensis Curie Præfectum,
Aulæ Consiliarium, & supremum Ap-
paritorum Præfectum. Interea Rivena-
rum Marescallus, quem in Ducis sui gra-
tiam rediisse, ac supremum exercitus im-
perium suscepisse meminimus, cum co-
piis, quas Augeni recēperat, Venetum
occu-

* *Table de
marbre.*

Sæcul. XV. occupabat, opem ferentibus quibusdam
 A.C. 1488. Anglorum peditibus, ac mille equitibus.
 Trimollius, qui regiis copiis præerat, ju-
 re talionis Castellum Briantii vi captum
 solo æquari jubet, Augenium expugnat,
 ac Felicerias & S. Albini oppidum obsidet.

§. LXXXII.

*Aurelianensis in prælio Sant-Albini-
nensi captus.*

*Saligny
 hist. Carol.
 VIII.
 Belleforest.
 l. 5. c. 55.*

*Belcarius in
 vit. Ludov.
 XII. c. 4.*

Britones ac Galli, qui Ducis Aurelia-
 nensis partibus adhærebant, Felice-
 riensi urbi opem laturo junctis viribus ad-
 volant, ast tardo nimis consilio; eam
 enim non minus, quam urbem sancti Al-
 bini deditorem fecisse comperiunt. Ni-
 hilominus Trimollius, cum pertimesce-
 ret, ne recentes hæ Britonum copiarum
 oppidum recuperarent, eis obviam proces-
 sit, ac vigesima septima Julii die, quæ
 erat Dominica, copias suas urbi admovit.
 His Britones minime territi exercitum
 in aciem instruunt; Galli quoque hostem
 aggressuri agmen suum in tres ordines di-
 sponunt; primo præerat Adrianus Ho-
 spitalius, secundo imperabat Trimollius,
 extremam denique aciem ducebat Bodri-
 curtius Marescallus. Jam tormenta bina
 ex parte laxata multam globorum, ac
 flammæ vim non sine ingenti cæde evo-
 mebant; necdum enim Britones eam
 artem